



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 139. Octavii Farnesii molimina pro occupanda Parmensi urbe.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Puccius unus ex illis novem, penes ^{Sæcul. XVI.} quos suprema Reipublicæ auctoritas est; ^{A. C. 1549.} alter vero erat Alexander Guilielmus, qui quidem nonnisi ex plebeio ordine, suo tamen socio ingenii acie longe præstabat, ac Mendozæ addictissimus extiterat. His datum erat negotium, ut de prospera Mendozæ administratione, & æqua Reipublicæ ordinatione per illum facta Cæsari gratias agerent: cæterum Hispanorum præsidium, quod admodum Senensibus grave esset, ut amoveretur, enixis precibus contenderent, & aliunde urbis securitati prospiceretur. Id eo tendebat, ut summa Imperii Mendozæ a Cæsare committeretur, eique arcis construendæ negotium daretur, juxta delineationem munitionis ex peritorum sententia factam, quæ Gonzagæ antea communicata dein ad Cæsarem mittebatur.

Insuper Guilielmus ex Mendozæ impulsu Cæsari suggerere jubebatur, quatenus ceteris oppidis in ora maritima sitis, videlicet Portus-Herculanæ, & Orbitellensi urbibus, aliisque locis Hispanorum præsidia imponeret.

§. CXXXIX.

Octavii Farnesii molimina pro occupanda Parmensi urbe.

Octavius Farnesius, cum hanc legationem

F 4

tionem

Sæcul XVI tionem decerni intelligeret, seque spe,
 A C. 1519 qua Senas pro Parma, & Placentia
 Thuan. l. c. recepturus esset, privatam cerneret,
 Pallav. hist. nullatenus Pontifici circa Parmam Ec-
 Conc. Trid. clesiae restituendam assentiri voluit;
 l. II. c. 6. n. 2. quapropter desperatis utrinque rebus,
 Vid. Adria. aut vi, aut astu Parmam invito etiam
 lib. 7. Pontifice, ac infcio Fratre suo invade-
 re statuit, eoque consilio cum exigua
 fuorum manu præter omnium expecta-
 tionem Parmam venit, ubi eidem Sfor-
 tia San-Florianus rei conscius, ac for-
 talse omnino auctor jamjam præsto ad-
 fuit: cum autem Camillus Urfinus, qui
 urbem Pontificis nomine regebat, man-
 dato non ita pridem accepto prohibere-
 tur, ne ulli, cujuscunque conditionis
 esset, imo ne ipsis quoque ejus Nepoti-
 bus urbem, aut arcem traderet, sed u-
 tramque Sedis Apostolicæ nomine tene-
 ret, hinc adeo scite præsidiarios milites
 per urbem disponebat, ut Octavius ni-
 hil in eam moliri posset; quapropter ad
 Urfinum sibi demerendum nil opportu-
 nius esse censebat, quam illum ad con-
 vivium vocare, ubi eum aut captum
 detinere, aut occidere Octavius decre-
 verat: verum Urfinus ad illud venire
 recusabat.